

RER. MEMOR. LIB. I. II
DE STUDIO ET DOCTRINA.

Cap. II.

SVperest de Studio tractare, quæ-
nām enim præcedentium erat & se-
quentiū opportunior iactura. Nem
pē præcedentibus tām cognata materia
est, vt si ocium demas, studium turbidum
& inquietum relinquatur. At si studium
detrahi , inglorius torpor & pigro situ
marcidus career est ocium: ita fit, vt hoc
in illius requie fundatum, illud huiusmo-
di laboribus semper ornatum sit. Rursus
& illud constat, memoriae ingenioque
eloquentiae, de quibus secuturis tractati-
bus agendum est, nullum omnino post
naturam ipsam maius certiusque patro-
cinium fore, quam vehementem animi
applicationem, ad easdem summa cum
voluptate, quam studium vocant, ex qui-
bus solidum conflatetur doctrinæ nomen.
Quo circa dilatis mediis, principium si-
nemque connectens, hunc studio simul
& doctrinæ locum dedicaui. Verum quā-
uis & quod omnium gentium pace dixe-
xim, & reginæ urbis veneratio & excel-
lens rerum gloria mereantur, vt postha-
bita ratione temporum, in exemplorum
relatione priuum semper Romana lega-